



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Adilia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

Collegium est) quod Ludouicus Pius Imp. viro Apostolico in opia laboranti in vita subsidium adtribuerat. Eodem in loco puerum inuenit & educandum curauit S. Rembertum suum in Episcopatu & Apostolatu successorem. Sedit Anscharius in Episcopatu annis triginta quatuor. Primis annis septem Hamburgi, dein post barbaricam Hamburgi incursionem, annis nouem in Ransola: reliquis vero annis Bremae, ubi in matrice Ecclesia S. Petri sepultus est: in quam S. Willehadum transtulerat. Ab Haraldo autem Danorum Rege & Ludouico Augusto missus est ad Aquilonares illos. Plura vide apud Molanum.

## ADELTRVDIS GANDAVI.

19. Mar. **A** Martino Primo Pontifice Maximo, ut alibi quoque annotamus, B. Amardo, cum Romam veniens Pontifici declarasset se non sufficere ad copiosissimam messem in Christi horreum conferendam, adiunctus est B. Landoaldus, venere porrò cum Landoaldo alijs decem eiusdem animi sodales, quos inter fuere sanctus Amantius Diaconus, sanctus Adrianus martyr & internuntius Landoaldi, S. Vinciana virgo, Landoaldi soror, & S. ADELTRVDIS itidem virgo. Horum omnium Sanctorum corpora ex Wintershouia ditionis Leodicensis vico Gandum anno 980. ad sancti Bauonis Monasterium transtulit Vuomarus Abbas. Cæterum gesta sancti Landoaldi & sociorum eius descriptsere Notgerus Episcopus Leodicensis & Herigerus Abbas Laubiensis.

## ADILIA.

25. Maij **O**ctauo Kal. Iunij ADILIAE sororis sancti Bauonis. Hæc verba obseruauit Molanus in Bibliotheca Bauoniana

moniana dum antiqua istic inspiceret Missalia, ut in natalibus ad hunc diem fatetur. Quibus etiam lectis non dubitauit quin B. Bauonis Ecclesia olim sanctæ Adiliae memoriam in diuino officio celebrauerit. Cæterum quo loco quiescat, & quæ eius fuerit vita nusquam reperire potuit. Nisi sit eadem cum Adilia Orpiensi in Namurensi Diœcesi, quod ad diem trigesimum Iunij idem auctor non omnino improbare videtur. Est in Alsatia in Apice montis celeberrimum Hohenburgense Monasterium sanctæ Odiliae sacrum.

### ÆGYDIUS AMICVS GANDAVI.

**M**onachus fuit Bodelonensis Ordinis Cisterciensis, ab Harduyno sanctitatis nomine commendatur, in msc. Diuorum Flandriæ indiculo.

### ANSBERTVS ROTOMAGENSIS

*in Normannia Episcopus in Blandino.*

**S**uccesit S. Audoeno in Episcopatu Rotomagensi, & à 9. Febr. Pipino Principe in exilium pulsus, demum in Alto Monte Benedictinorum Abbatia ad Sabim fluum apud Hannones sita anno 95. viuere desit. Post mortem, ut iusserat relatus est Fontanellam, quod est monasterium dioecesis Rotomagensis ad Sequanam fluum, cuius loci Abbas fuerat ante Episcopatum. Vnde postea cum corporibus sanctorum Wandregisili & Vulframni ob persecutio[n]em Normannicam, primò Boloniam ad mare, deinde Ganduum ad montem Blandiniū anno 944. est deuenit. Vitam eius scripsit Angradus Monachus Fontanella.

D 2

nellen.

